

Mythologia, Francfort, 1581 - I, 02 : De fabularum utilitate

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - I, 02 : De fabularum utilitate](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 02 : Du profit qu'apporte la cognoissance des Fables](#)
est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 02 : Du prouffit qui revient de la conoissance des Fables](#)
est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légalesFiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - I, 02 : De fabularum utilitate, 1581

Consulté le 30/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5886>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 3-5

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024



tantum ad prohibendum; quæ deterrent ab illegitimis voluptatibus; quæ patet faciunt arcana naturæ; quæ vel ad scientias demerant; quæ rerum necessarium humanæ vitæ, vel quæ ad integritatem perducant, & quæ plurimum faciant ad optimos quosque scriptores rectè intelligendos.

De fabularum utilitate. CAP. II.

TANTA est sanè utilitas quam ex fabularum cognitione percipimus, quanta nullis verbis explicari posset; quod tamen nemini ferè est perspicuum, nisi si quis præclaro ingenio sit ab ipsa natura præditus, multa quæ antiquorum scripta diligentius considerant. nos igitur, sicuti solent medici, qui è venenatis etiam vel herbis vel animalibus vtilia pharmaca colligunt, & quod optimum sit secernunt è singulis, atque vel perniciofa temperantentorum beneficio sanitati perquam accommodata reddunt, ita facere debemus. Nam altiora fabularum sensa rectè perferutantes, quid vtile humanæ vitæ sub illis continetur debemus investigare: è quo plurimum reportabimus vtilitatis, nullis interim neglectis, quæ nihil nobis conferre videbuntur. Quod autem plurimum commodorum ex hac cognitione consequemur, vel illud maximum est argumentum, quod diuinus etiam Plato primam puerorum eruditionem ab honestis fabulis incipere iussit in libro secundo Reip. cum ita inquit: τὰς δ' ἑκατόβιτας καὶ ἑξήκοντα τὰς ἀποφύλαξαι καὶ ἀντιτάττειν ταῖς παισὶ, καὶ ἀλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ταῖς μύθοις πολλὰ μάλιστα ἐπὶ τοῖς σώματι τὰς ἡμέρας: *Selectas autem fabulas matres ac nutrices puerum narrare hortabimur, animosque illorum fabulis diligentius quàm corpora ipsa manibus informare.* Nam profectò quis nesciat, omnia propè Deorum genium mysteria fuisse ab antiquis sub fabulis occultata? Cum enim turbæ seminarum & impetite multitudini religio, & Deorum metus, & fides, & probitas & temperantia esset in animis inferenda, qui neque Dei naturam intelligerent, neque integritatem sapinæ ac libidini sine aliquo Deorum metu anteponerent, non solum fabulose de Diis narrationes à sapientibus fuerunt excogitate; sed etiam fabulose imagines, & picturæ monstris propè similes introductæ. Sic fulmina Ioui tributa sunt, trident Neptuneo, sagittæ Cupidini, saxa Vulcano, ac va-

ria terrorum instrumenta Diis cæteris. Nam cum minimè sit
 inexpugnabilis mortalium natura, neque validissimas machi-
 nas expectet, quippe quæ omnium calamitatum semina intra
 se contineat, si vel paululum oculos ab illius custodia Deus de-
 flexerit, per se, sine aliis pugne instrumentis, continuo labefa-
 ctabitur. Hanc tantam percipiendam esse ex fabulis utilitatem
 apertè declaravit ita Dionysius Halicarnassensis libro primo
 Rerum antiquarum: καὶ μὲν οὖν ὑπελάβοι καὶ ἀγνοῶν ἐτι τῶν
 ἱστορικῶν μὲν ἐστὶ τινὲς ἀνθρώπων χρήσιμοι· οἱ μὲν ἐπὶ δει-
 κνύμενοι τὰ τῆς φύσεως ἔργα δι' ἀληγορίας· οἱ δὲ παραμυθί-
 αι ἵνα οὐ συγχέμεται τῶν ἀνθρώπων συμφορῶν· οἱ δὲ παρα-
 χῆαι ἐκτρέφουσιν ψυχῆς, καὶ δειμάτα, καὶ δόξαι καὶ παροῦσις
 οὐχ ὀφθαλμοῖς· οἱ δ' ἄλλαι τινὲς ἵνα συμπλαθῶσι τὸ ὠφελείας.
*Neque mihi obscurum esse quis existimet, quod è Græcis
 fabulis nonnulla sunt hominibus perutilia: alia siquidem
 sunt, qua natura opera sub allegoriis contineant, alia hu-
 manarum calamitatum habent consolationem, alia ter-
 ræres, animarumque perturbationes à nobis depellunt, opi-
 nioneque parum honestas destruant, alia aliterius en-
 suspiriam utilitatis causa fuerunt inuenta. Nos idcirco
 universam fabularum diuisionem ita faciendam censuimus;*
 quædam alix fabulæ naturæ secreta continent, ut illa, quod Ve-
 nus è spuma sit genita, quod Phœbus Cyclopes occiderit,
 quodque illi fulmina Ioui fabricarint. Aliæ fortunæ inconstan-
 tiam declarant, nosque ad eam fortiamino ferendam instru-
 unt, ut ea quæ de Phorbo dicta sunt, quod armenta panerit Ad-
 meti. Aliæ ab impuris opinionibus, & à crudelitate, atque ab
 omni perfidia & impura libidine nos terrant, ut Lycaonis
 fabula. Aliæ ad deterrendos homines à rebus turpibus sunt in-
 uentæ, ut Ixionis supplicium apud inferos. Aliæ cohortantur
 ad strenuitatem, ut ea quæ tradita sunt de Hercule. Aliæ ex
 auaritiæ sordibus nos erigunt, ut sitis Tantali. Aliæ ad depri-
 mendam temeritatem constringuntur, ut calamitas Bellerophontis
 & cæcitas Marfya. Aliæ ad virtutes nos alliciunt, ad
 integritatem vitæ, ad fidem, ad æquitatem, ad religionem, ut
 mirifica Elysiorum camporum amœnitas. Aliæ ab omnibus
 denique flagitiis reuocant, ut seuerissimi Triumviri apud in-
 feros singulorum animas defunctorum iudicantes, & grauif-
 sima conuictorum supplicia. Equidem sic existimo, quasi
 suauissi-

phœbus

et hinc

phœbus

facillimum humanae vitae condimentum existere fabularum inventionem, ac eorum arumnarum quas in vita patimur, non mediocriter solvunt: quas etiam ideo à sapientibus fuisse excogitatas censeo. Hinc enim cum singulari oblectatione ea percipimus vitae rectè degendae praecepta, quibus sine sanitate fabularum terga continuo verteremus. Hanc tantam è fabulis utilitatem capere minime possunt ii, qui altiora fabularum sensa non inspererint, quique primi cortices (ut ita dicam) mirabilitate irretiti nihil diutius sub illo inesse crediderunt. Hi etenim tanquam pueri per brumam apud regem sessitantes, aniles nugas fabellasque è poetis imbibunt, cum interim de utiliore sanctioneque sententia minime sunt solliciti.

De fabularum Varietate. CAP. III.

SUNT autem plura fabularum genera, quae nunc à locis in quibus inventae fuerant, nunc ab inventoribus, nunc ab argumentorum natura, nomen obtinuerunt. A loco quidem Cypriae, Ciliciae, Sybariticae. Cum multi fuerint earum inventores, obtinuit consuetudo ut omnes Aesopicae dicerentur ceteris inventoribus silentio praetermissis, quia in confingendis fabulis Aesopus omnium aliorum fuit artifex ingeniosissimus ille, quae Sybariticae dicebantur, agebant de brutis, quae Aesopicae de hominibus. Politicae dictae sunt, quibus vs sunt sapientes ad demulcendos animos potentiorum, atque ad deducendam multitudinem ad humaniorem vitae rationem. Aliae rursus morales, aliae rationales sunt vocatae, aliae ex his ambabus formis commistae. inter politicas fabulas argumenta comcediarum & tragicodiarum sunt connumeranda, quia cum ab agresti vita homines per haec non evocantur, traducuntur tamen ab illegitimis voluptatibus & ab omni intemperantia ad vitae moderationem. Sed horum argumentorum varia sunt nomina, quia aliae togatae, à togis histionum dicuntur; aliae palliatae, à palliis Graecorum aliae tabernariae, pro vestibulis & conditione introductarum personarum; aliae planipediae, quod neque soccis, neque cothurnis, ut in ceteris horum argumentorum histiones uterentur. Aliae Artellanae à loco ubi fuerunt inventae, cum tamen simplex sit tragicodiarum nomen.

*Comcedia & tragicodia
sunt quae ex fabulis
inventae sunt.*